



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Ludder dolose petit pacem lupinam sine episcopis & pontifice.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

contemptu affecistis sedem apostolicā in verbis, factis & p̄cturis, &c. Ideo frustra Bucer adducit Paulum, quod deus Ephē. 4 dederit ecclesiæ apostolos, prophetas, pastores, doctores. Nolite vos ingerere huic sacro numero: nullam habetis ædificādi potestatem, quia dissipatores estis, non restauratores. Non quidem à domino ecclesiæ dati, sed à diabolo mendaciorum patre, & dissensionis autore, ad hæreses excitandas instigati. De Imperatoris Augustissimi paterna diligentia ipse fateris: nihil tamen profuit, sed semper facti estis peiores & insolentiores, abusi mitissima eius clementia.

Quomodo hoc religionis dissidium tollendum. Titulus Buceri,

Placet exordium, deus punit peccata nostra his dissensionibus.

Placet etiam perpetuum nobis bellum cum Belial gerendum & irreconciliabile: quare & cum hæreticis quàm diu pertinaces fuerint, continuum est nobis bellum, nisi respuerint. Et adeo Bucerus non docet, quo pacto dissidium religionis componi debeat, sed magis fomētum præstat maioris discordiæ, vt nulla prorsus pax à pertinacibus sit speranda, quia datus est in reprobum sensum. Bucer auget schismata.

Fundamentum componendi facit impius apostata, vt id fiat sine consensu p̄tificum, episcoporum, & doctorū: Fol. 22 Suadet unionem si ne episcopis & doctoribus. Imo ipsis reclamantibus, modo fiat hoc sub bono & solo pastore Christo. Nam sic reges & prophete nihil prorsus cum sacerdotibus agebant de restituenda religione: Sic Christus & apostoli ab initio ecclesiam collegerunt inuis & repugnantibus sacerdotibus. Ita in persecutione hæreticorum orthodoxi per se cōgregati sunt & de religione constituerunt.

Quid vanius & pertinacius poterat dicere? fiat concordia de credendis in religione: at pastores non modo

F ij non

Apologus  
de pace lu  
porum.

Ambros.  
Beda.  
Actu. 20  
Lupina  
pax.

Ecci. 13

Fol. 141

Reges bo  
ni, amici  
propheta-  
rum.

non interfint, sed etiam contemnantur. Demosthenes eis Apologum diceret, sicut Athenien. quando Philippus Macedo ciuitati pacem obtulit, modo in potestatem eius daretur sapientes. Inquit Demosthenes: Lupi offerebant pacem ouibus si eis darentur canes, qui causa discordiae essent: sed datis canibus in potestatem luporum, cum oues defensore carerent, irruerunt lupi & iugularunt oues. Talem concordiam lupinam quaerit Bucer. Nam & haereticos per lupos a Christo significari testatur Ambros, quae sequitur & Beda. Sic Paulus ad seniores inquit Ephesios: Scio quod post discessum meum irruent in vos lupi rapaces: at quae ouis tam stulta est, quae faciat pacem cum lupo, absque pastore, absque canibus? Ideo Sapiens inquit: Sicut communicat lupo agno, sic peccator iusto. Vult ergo Bucer lupinam facere cum catholicis pacem, exclusis episcopis & doctoribus, ut simplices oues possint rapere & dispergere ab unitate ecclesiae catholicae. Et quia dissidium religionis, etiam Lutheristis assentientibus, componi non potest, nisi per Concilium, Sine autoritate autem Papae legitimum Concilium conuocari non potest, ut in Apologia probauimus. Apage ergo, recede Bucere cum tuo pestifero concordiae praetextu, quo tota pessundaretur ecclesia, quae tamen manebit usque ad consummationem seculi. At quod assumit de regibus in veteri test. vel per ignorantiam facit, quod Bibliam non legit: vel per malitiam, quod lectam dissimulat, cum Regum historia contrarium prober. Saul enim habuit Samuelem, Daud Abiathar, Salomon habuit Sadoch, Iosias Helchiam, Ezechias Esaiam, Ioas habuit Ioiada sacerdotem, Zorobabel habuit Iesum filium Iosedech. Et Bucer suimet mendacii immemor fatetur infra contrarium quarto folio. s. 27. Responde Bucer ad hanc contradictionem. De Christo indoctissime assumit, quonia cum ipsemet erat sacerdos, & apostoli eius sacerdotes, non vsi sunt sacerdotibus legalibus, quia illud iam erat antiquandum, & ut Paulus